

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



fortunata non impedita in secunda vel in quarta sequens inde lucrum suum  
 non. **C** Et si fuerit ibi malus sequens inde damnus. Et si fuerit ille malus im-  
 peditus sequens inde destructionem substantie et significat multa et diuersa  
 magisteria. Et si fuerit domus solis significat scientiam et prouidentiam in om-  
 nibus quadrivialibus. Et si fuerit domus sua significat vniuersales scientiam  
 omnium rerum que extrahunt de aquis vel que procedunt ab eis. Et dixit  
 scito quod has proprietates habet luna inter planetas. **C** Et dixit albumasar si  
 fuerit in decimo significat effectum rerum in interrogationibus sed erit in hoc  
 mandatu regis si fuerit in die. Si vero fuerit in nocte significat effectum rerum  
 ex parte regis ac mulierum et erit hoc cito. Et dixit sed res in vtriusque tempo-  
 ribus. scilicet in die ac in nocte non erit durabilis. Similiter si incepit in eo regnare  
 rex deponet velociter: quia valens est locus hic in significatione solis: luna  
 vero non est sufficiens nisi modicum in hac significatione. **C** Et si fuerit in  
 decimo significat quod sequens vnus amicus ab alio: significat etiam adaptionem  
 rerum quas homines sperabunt et in quibus habent fiduciam: similiter  
 toto tam in natiuitate quam in reuolutione. **C** In duodecimo vero significat impo-  
 nentium et duriciam et instabilitatem rerum et rixam ac carceres ex parte inimicorum.  
**C** Et dixit albumasar si interrogatus fueris de aliqua re quando erit et fuerit  
 luna significatrix tua fueritque in duodecimo erit hoc hora exitus lune de co-  
 dem loco: per hoc enim perficiet res et erit et veniet absens et maxime si fuerit hoc  
 in fine mensis lunaris. Et si luna fuerit impedita a saturno tunc iudicia homi-  
 nile et malum et non dubites in hoc si deus voluerit.

**C** Eaplin. 104. quid significet caput et cauda et stelle comete in reuolutione  
 anni tam mundi quam natiuitatum.

**O**portum est superius de signi-  
 ficationibus .7. planetarum  
 quid vnusquisque ipsorum signifi-  
 cet in vnoquoque signo ac in vna  
 quaque domo in reuolutionibus an-  
 norum tam mundi quam natiuitatum  
 ac in ipsis natiuitatibus. Restat  
 nunc dicere de capite draconis quod  
 significet in ipsis reuolutionibus  
 ac de ipsius cauda et de stellis co-  
 metis quid naturaliter significet  
 ipse stelle comete siue caudate et  
 quot sint sicut suo speciali capita-  
 lo dicet.

